



- 1 Baumgarthen s: Sigism: Juc: / meditatio-
nes quardam de genuina et spuria
adificatione spirituali Medys illius
legitimis et illegitimis, Halle, 1747.
- 2 Brunings s: Christ: / diff: De Christo
triumphante, Heidelberg, 1747.
- 3 Clopper si diei, Sigism: / diff: De Operi
Dei miraculoso, Gratiioso et Glorioso
in sanctis redicivis demonstrato,
- 4 Clauswitz s: Bened: Gottli: / diff: de
spiritu sancto arrabone, Halle, 1747.

31
31

DISSERTATIO PHILOLOGICA

DE

I V D A E I S

תַּלְמִידִים

OB IESVM CRVCIFIXVM
CRVCIFIGENDIS
NEC TAMEN AD EVM CONVERTENDIS

AD ILLVSTRANDVM LOCVM HOS. XI. 7.

QVAM
PRAESENTE

DN. CAROLO GOTTLLOB
SPERBACHIO

LINGVARVM ORIENTALIVM IN ACADEMIA
VITEMBERGENSI PROFESSORE PVBLICO
LONGE CELEBERRIMO

DOMINO PRAECEPTORE PATRONO
AC STVDIORVM SVORVM PROMOTORE
OMNI PIETATIS ATQVE OBSERVANTIAE CVLTV
AD CINERES VSQVE PROSEQUENDO

IN AVDITORIO MAIORI

D. VIII. MART. A. R. S. MDCCXXXVII
PVBLICO ERVDITORVM EXAMINI SVBMITTET
AVCTOR RESPONDENS

M. FRIDER. ERNESTVS BAVER
FRIESDORFIO - MANSFELDENSI.

VITEMBERGAE
PRELO EPHRAIM GOTTLLOB EICHSFELDI
ACADEMIAE A TYPIS.

DISSERTATIO PHYSICO-CHEMICA
DE
IADAEIS.

1525

OB IESAM CRACIFIXAM

CRACIFICENDIS

NEC TAMEN AD EAM CONSERVENDIS

AD AFRICANUM POCUM HOS XI.

PARADISE

DN. CAROLO GOTLIBO
SPERBAGHIO

FINGARVM ORIENTALIVM IN TERRINIA

AVITIMBEGENSIS PROPESSORIENSIS

LONGE CERTAVERIMUS

DOMINO PARAFRACTORIBVS PROXIMO

AE STADORN M 270 RVM TIBVS AN

OMNI PESTATIS ATQVE DISSEMINATIS CAVIA

AD CINQUAS VERA PREGNANTIAS

IN AUDITORIO MILIT

1721 C. E. L. D. M. 1721

1721 C. E. L. D. M. 1721

W. RIDER. HERSTAS F. A. T.

1721 C. E. L. D. M. 1721

PREFATO LIBRARIO CATHOLICO ETICHIUS

1721 C. E. L. D. M. 1721

S A X O N V M
SVPREMI SENATVS ECCLESIASTICI
ILLVSTRISSIMO PRAESIDI
C O M I T I
DE HOLTZENDORF
NEC NON
MAGNIFICENTISSLIMIS SVMMEQVE
REVERENDIS
A S S E S S O R I B V S
AVGVSTISSIMO POLONIARVM REGI
AC ELECTORI SAXONIAE
A
C O N S I L I I S S A C R I S
D O M I N I S A C P A T R O N I S S V I S
G R A T I O S I S
P E R P E T V A M F E L I C I T A T E M!

ILLVSTRISSIME COMES
AC DOMINE
VIRI MAGNIFICENTISSIMI
DOMINI ET PATRONI
GRATIOSI

Vereor, ne Vestrae Dignitatis, quae summa est, meaeque tenuitatis oblitus esse uidear, quod mentem tantis nominibus immortali obsequio mancipatam testaturus, leuiores offero disputationes. Ex Vestro meliori iudicio, quod perspecta omni causa, suum cuique tribuit, et cognitioni linguae

guae Sanctae ac accentuum iustum statuit pre-
tium, erit hoc specimen clientis, per laborem
suum humillime se commendaturi. Vetustae
etiam est consuetudinis, ut tractatus ab erudi-
tis conscripti, eo fine illustribus dicentur perso-
nis, ut illorum titulis pertractatum argumen-
tum studiosorum affectibus commendetur,
quemadmodum non inscite scripsit Plinius. Qua
gratia, qua benevolentia, atque humanitate
complecti soletis eos, qui in sacrarum literarum
studio cum laude uersantur, ea meam erga
Vos obseruantiam respicite. Etsi enim me illis
nondum an numero, qui tanta gratia digni sunt,
enitar tamen pro uiribus, ut nulla unquam ob-
sequii, diligentiae et obseruantiae in me sit mo-
ra. Gratiouse proinde etiam me, meaque stu-
dia in Vestrum suscipietis patrocinium, quod
si assecutus fuero, plurimum ornamenti com-

: 2 modi

modique ad fortunas meas additum existimabo. Quod reliquum est, Deum supplex religiosis ueneror precibus, ut Vos omnes Saxorum Ecclesiae incolumes praestet, Vestris consiliis successum, Vestris uotis omne salutis a gratiae genus impertiatur, quod ex animo uuenio

TVAE EXCELLENTIAE

ILLVSTRISSIME COMES
ET DOMINE

VESTRARVMQVE DIGNITATVM
MAGNIFICENTISSIMI VIRI

Vitrembergae d. VIII. Martii
MD CC XXXXVII.

cultor deuotissimus
M. FRIDER. ERNESTVS BAVER.



PROOEMIVM.

§. I.

Cogitanti mihi, de quanam re in specimine hocce philologico differerem, summe uenerandus parens meus mili suasor fuit, ut de Iudeis, ob Iesum crucifixum crucifigendis, nec tamen ad eum contreditis, ex loco Hos. XI. 7. agerem, quamuis hic locus sit intellectu omnium difficillimus. Nemo enim facile inficias ibit, multa inueniri in Sacri Codicis prophetiis, loca, quae legentibus, primo obtutu uidentur obscuriora, quam ut intelligi possint. Idem quod euenisce legimus, uiro Aethiopi, eunuco, potenti Candaces reginae Aethiopum thesaurario, multi adhuc lectores prophetarum experiuntur. Ad quaestionem Philippi Act. VIII. 30. Ἀξέι γε γνώσθες ἀπαγγείλθε; Intelligisne, quae legis? uel satisne percipis, quo tendant quae legis? ipsis etiam cum eunuco respondendum erit: τῶς γάρ ἀ δυνάμεν, σὺν μή τις ὁδηγόν με: Quomodo enim possim, nisi quis uiam mibi ostendar? Non omnia nobis tam perspicua sunt in Iesâia, ut nullo opus habeamus duce. Et hoc etiam de Hosea fatendum est. Ex eorum enim numero, quae non primo intelliguntur intuitu, dictum est, quod Hos. XI. 7. legitur, ad cuius philologicam pertractationem animum meum appuli. Sensum huius dicti, Megalander ille, B. nosfer LUTHERVS, sequenti modo in sua uersione transtulit: *Mein Volck ist müde sich zu mir zu kehren, und wie man ibnen prediger, so richtet sich keiner auf.* Apposuit

A

au.

autem statim glossam marginalem: *Diesen Vers soll niemand verstehen, auch im Ebraischen nicht.* (*) Sed haec uerba LVTHERI commode accipienda sunt, ne quis ad negandam Scripturae S. perspicuitatem iis abutatur. In controuersia enim, num hoc dictum a nemine, nec in Ebraicis intelligi queat? quaestio recte formanda, et sciendum est, LVTHERV M non de dicto in se spectato, loquuntur esse, quasi nullo unquam tempore, nec ab ipso Hosea, nec a Iudaeis, eius tem-

pore

(*) Controuersiam, num ipse LVTHERV, an quispiam alius, haec uerba margini primum adiecerit, discussam inueni in Thesauro Theol. Philologico, p. 958. ubi uerba sic sese habent: Sigillatum qua Capitis XI. Comma VII. difficultatem hanc exiguum produnt uerba, quae sequuntur, et Germanicae S. Bibliorum translationi, a Theandro LVTHERO adornatae, in communione apponuntur: *Diesen Vers soll niemand verstehen, auch im Ebraischen nicht.* De Auctore huius indicii non sine ratione quis dubitate poterat: num ipse Megalander LVTHERV, an alius quispiam Scripturae S. peritus ea uerba margini primum adiecerit? Satis enim manifestum, certisque rationibus cuietum est, omnes et singulas huiusmodi glossas ac interpretationes, Germanicas Bibliorum Versioni, nomine B. LVTHERI in lucem publicam diversis in locis sexcenties emissae, in uno alteroue loco additas, nequaquam a D. LVTHERO esse profectas. Videatur eam in rem Theologus acutissimus B. Hülfemannus sermon. funebr. in Eph. III. 19. Et quidem quod ista ad Hof. XI. 7. uerba concernit, ea in omnium prima translatione LVTHERI, quae A. C. 1524. Wittenbergae prodiit, non habentur: neque ullum eorum vestigium, in aliis B. LVTHERI scriptis relictum appetet; quamvis singula Hosea uaticinia commentatore admodum luculenta ac cedro dignissima illustrarit Theander Tom. IV. Latin. Ienensi fol. 598. Tom. VIII. Witteb. fol. 233. Tom. VIII. Altenburgens. fol. 593. seqq. Cum tamen hodie plerique Codd. ea uerba continant, Paraphraста Vinarienses, B. BALTHASAR MEISNERVS Com. in Hoseam p. 951. B. GLASSIVS, Phil. S. Lib. III. Tr. IV. can. IX. p. 422. (681.) aliqui fidissimi Scripturae interpretes, scriptorumque LVTHERI aqui iudices, uerba ista B. LVTHERO tribuant: cum illis LVTHERV M, notae huius marginalis auctorem dicere nulli ueremur. Sensum uero eius omnes, linguam germanicam callentes, facile assequuntur: istud tamen obseruatione hanc indignum uidetur, quod non tam B. LVTHERI, quam aliorum, alias atque superioris aetatis doctorum, mentem exprimant, hac elliptica loquendi ratione: *Man sagt insgemein, daß dieser Vers niemand versteht soll.* Id ipsum clare indicat vox soll, quae locutionem non absolutam, sed conditione quadam restringendam efficit, quod nimurum facile non posse intelligi.

pore uiuenibus, intelligi potuisset. Loquitur potius cum respectu ad sua tempora, ad lectores et interpretes, tempore LUTHERI minus sufficienter praeparatos, et adminiculis ad interpretationem huius loci necessariis desituros. Tali lectori et interpreti, omnino tam obscurus esse potest, eiusmodi locus, ut genuinum sensum ex uerbis non percipiat, licet uerba dicti in se clara et perspicua sint, et res in uerbis consignata, etiam euident, ut si lector ac interpres idoneus, nec falsa opinione praecupatus accedat, facile intelligat, quae credenda et facienda eiusmodi dictum in suis uerbis perspicuis proponat. Distinguendum itaque est, inter obscuritatem subiectivam et obiectivam, quarum prior non scripturae in se clarae et certae, sed linguae sanctae imperito et minus recte disposito lectori, tribuenda est.

§. II.

Optime de hac re disputat, B. GERHARDVS, in locis Theologis, Tom. I. p. m. 100. Tantum abest, inquit, ut Scripturis diuinis propterea (loquitur de necessitate illuminationis Spiritus S.) tenebras assignari patiamur, ut potius lucem, et sic uim illuminandi intellectum nostrum, illis tribuendam esse contendamus, quia Spiritus S. per istam scripturam mentem nostram illuminat, quod comprobant omnia illa pronunciata, in quibus uerbum Dei, in Scripturis propositum, confertur luci, cuius proprium est illuminare. Pl. XIX. 9. Mandatum Dei lucidum. Pl. CXIX. 105. Lucerna pedibus meis uerbum tuum, et lumen semitis meis. Prou. VI. 23. Mandatum lucerna est, et lex lux. 2. Petr. I. 19. Λόγος προφητικὸς εῖται λύχνος Φαίνων ἐν αὐχμηῷ τόπῳ. Sicut lux naturalis pellit tenebras, ita per Scripturae lucem intellectus nostri spirituales nostrae tenebrae illuminantur: unde etiam Φωτισμὸς Dei uerbo tribuitur. 2. Cor. IV. 4. A coecitate enim nostra non concludendum ad scripturae obscuritatem. Oculi coecorum ne lucidissima quidem obiecta, adeoque nec ipsum solem perspiciunt. Quis uero propterea ipsi scripturae tenebras hasce tribuere uelit? In iis itaque, quae ad salutem scitu sunt necessaria, interpretatione longe petita non opus est. Nam Spiritus S. luci-

de

A 2

de et perspicue loquitur, ut per nudum sermonem propheticum, tanquam lumen, nativas intellectus nostri tenebras dispellat perinde ut clarissimum solis iubar, res in clara luce collocat. Haec GERHARDVS.

§. III.

Ne ordo autem desit dissertationi, meum erit, ut beneuolum lectorem, paucis instituti rationem, quam in hac disputacione sequar, edoceam. Fundamenti loco elegi illustre illud dictum, Hof. XI. 7. quod sane meretur, ut adhibita industria, paulo penitus consideretur. Eum in finem, primo loco ponam textum originalem, et quidem ita, ut etiam accentus mihi facem praferant, ad uersum hunc rite uertendum, intelligentendumque. Subiungam deinde versiones, graecam, vulgaris, et LVTHERI, Piscatoris, et denique Iudaico-Germanicam, ut ex collatione textus authentici, cum pluribus versionibus, debitum de iis feratur iudicium. Tractatio ipsa duabus absolvetur sectionibus, quarum prima sit uerbalis, quae singulas uoces considerabit. Secunda sit realis, quae post uerbalem, et iam de reali huius dicti sensu erit sollicita. Quod reliquum est, benignissimum precor Numen, uelit sua gratia mihi adesse, et opellae huic ita benedicere, ut in nominis sui gloriam, nostrumque commodum cedat.

§. IV.

Textus Originalis.

Hof. XI. 7.

| | | | |
|---|--|--|--|
| <i>Querela Messiae, de non conuer- tendo po- pulo Iu- daico.</i> | <i>quamuis crucifigan- tur Iudaei</i> | <i>et qui se populum Mef. עטני תלוים</i> | <i>Quamvis populus me- us fiant suspensi</i> |
| | | | <i>propter auersionem a me</i> |
| <i>nulla tamen exinde con- uersto Iu- daeorum u- niuersalis expectanda effe</i> | <i>causa cur Iudaei cru- cifigeretur force</i> | <i>Christus crucifixus Iudaeis adorandus</i> | <i>tamen ad eum (Iesum crucifixum) ob quem (suspenduntur)</i> |
| | | | <i>וְאֶל־עַל QUEM וּקְרָא־הָרָחָב QUEM imuocare debe- rent</i> |
| <i>ur uniu- ersali conuer- sione ad dai non sic comprehen- dant</i> | <i>quam cau- sam uerolu- dai non sic comprehen- dant</i> | <i>ur uniu- ersali conuer- sione ad Christum se erigant.</i> | <i>נִיחַד uniuersim לֹא יַרְוִמּוּ se non erigant.</i> |
| | | | <i>Ver.</i> |

Versio Graeca.

Καὶ ὁ λαὸς αὐτῷ ἐπιχειμάνενος
ἐν τῆς πατονίᾳς αὐτῷ, καὶ ὁ θεός
ἐπὶ τὰ τέρατα αὐτῷ θυμωθή-
σται, καὶ ὁ μὲν ὑψώσῃ αὐτὸν.

Quamvis populus eius suspen-
sus sit ex habitatione sua, Deus
tamen ob horribilia eius indi-
gnabitur, nec exaltabit eum.

Versio Vulgata.

Et populus meus pendebit ad
reditum meum, iugum autem
imponetur eis simul, quod non
auferetur.

Und mein Volk wird in Zweifel
hangen, ob es zu mir wiederkeh-
ren wolle, man wird ihnen aber zu-
gleich ein Foch anlegen, das nicht
soll hinweggenommen werden.

Versio B. LUTHERI.

Mein Volk ist müde sich zu mir zu fehren, und wie man ihnen
predigt, so richtet sich keiner auf.

Versio Reformata Piscatoris.

Aber mein Volk bleibt hängen an der Abfahrung von mir, und wenn
wenn man schon ihnen zum Höchsten ruset, so erhöhet doch keiner
(denselben.)

Versio Iudaica.

Und mein Volk hängen an der Abfahrung von mir, und wenn
sie schon russen die Nebhüm, sie sollen sich fehren zu dem Allerhdch-
sten, (aber) nicht einer der (ihm) erhöht.

S E C T I O I .

§. V.

In prima igitur Sectione Philologica, omnes explicabimus
uoces, demonstrando, non minus natuam uerborum signi-
ficationem, quam emphasin, quae ex nexu contextus obser-
uanda est. Inueniemus, potiorem commatis difficuler intel-
ligendi rationem, causasse interpretes, qui uoces, nullos diuer-
sos admittentes significatus, et per contextus seriem satis lu-
culenter positas, in diuersas, et a contextu alienas, distraxe-
runt

runt sententias. Demonstrabit id singularum uocum exposi-
tio, in quibus praeter necessitatem, sibi alienos fixerunt signi-
ficatus, quia rem, de qua sermo fuit, ignorarunt.

§. VI.

Prima uersus nostri uerba sic sese habent.

עַמִּי הָלֹא יְמִימָה Quamuis, populus meus fiant suspensi.
Si debita horum uerborum cura habetur, ut contextus sensum
gignant, de suspendendis uel crucifigendis, ob apostasiam a Chri-
sto, Iudeis. Tria circa uocem עַמִּי obseruanda sunt: 1) Par-
ticulam connectendi in hoc loco ab initio uersus positam, non
esse superfluam, ut illi sine dubio putarunt, qui eam in uersi-
onibus suis penitus neglexerunt. Ut mihi uidetur, in hoc lo-
co per quamuis uertendum est. Nam duplex in periodo
aduersatua utrumque hemistichion inchoans, sic transferen-
dum est, ut prius per quamuis, posterius uero per tamen uer-
tatur. Hoc b. LUTHERVS, aliis in locis bene obseruauit. Ex-
empli loco adduco, Ier. XV. 20. נִגְרַתְמָו אֵלֶיךָ וְלֹא־יַכְלֶלֶת Ob sie wider dich streiten, sollen sie dir doch nichts anba-
ben. Col. X. 3. Hoc etiam alii concedunt, particulam *Vau*,
praeter primarium copulandi sensum, inter alia, quae nonnum-
quam admittit significata, saepe etiam aequipollere, Latino-
rum coniunctioni aduersatiuae, ut confirmauit b. GLASSIVS.
Phil. S. p. m. 1190. 2) Circa uocem עַמִּי obseruo, quod
ab authentico textu עַמִּי aberrauit translatio LXX interpre-
tum, ubi uertitur: καὶ ὁ Λαὸς ἀυτὸς. Nam suffixum primae
personae, populus meus, mutat in suffixum tertiae perso-
nae, quod minime tolerandum est. Nam sic persona lo-
quens dissimulatur, quasi non ipse Messias, sed tercia persona
loquatur. Quum tamen, quod 3) obseruandum est, uniuersus
populus Israeliticus, non tantum ut עַמִּי populus, seu peculia-
ris natio, sed etiam ut populus Dei, intuitu foederis ac iuris,
quo Messias, eos sibi in peculium acquisierat, represeauerit.
De natione iudaica proinde sermo est, quae saluberrimum Mes-
siae imperium, religiosa mente recipere debuisset. Hanc uocat
עַמִּי

עַמִּ et de hac natione praedicat, quod illi ut perfidi tandem fiant suspensi et crucifixi תְּלָוִיּוֹת. De hac uoce potissimum disceptabimus, num de suspensione animi intelligi ac verti possit, pro ut Vulgati fluit interpretamentum: *Et populus meus pendebit ad redditum meum?* Vox תְּלָאִים est participium plurale Paul, uerbi תְּלָאֵנָה et significat, suspensos. In plurali numero ponitur, cum tamen praecedat nomen substantiuum, in singulari, quod non sine emphasi factum est, et demonstrat, ex natione Iudaica, nomine collectivo singulari עַמִּ comprehensa, suspensorum pluralemente multitudinem, quamuis non omnis suspendatur populus. Disceperant quidem philologi, de radice תְּלָא quem admittere nolunt, sed potius ad radicem תְּלָה uocem תְּלָאִים sic reducunt, ut statuant, quod habeat נ epentheticum, et ponatur pro תְּלָיוֹת. Sed mihi uidetur haec fictio נ epentheticus, hoc loco non ferenda, sequenti ex ratione. Figure praeter necessitatem non sunt statuendae, quamuis magna sit uerborum נ et תְּלָה affinitas, nec literarum mutatione plane insolita. Ex hac adducta ratione persuasus sum, deriuandum esse a radice תְּלָא, qui inuenitur etiam Deut. XXVIII. 66. et 2. Sam. XXI. 12. ubi monente Masora, Keri et Keribh obseruandum, et loco תְּלָוֹת omissum נ inferendum, et legendum est מְלָאִים suspenderunt eos. Nam cur statuam, nullam esse radicem תְּלָה cum tribus occurrat locis? Cur figuras, cur literarum mutationes singam, ubi ordinaria radicis flexio locum habet? nec ab analogia grammatica abludit? Misra igitur hac controuersia grammaticali, potior genuinae significationis ratio habenda erit. Defendo uerbum תְּלָא, de hominibus usurpatum, certum supplicii genus, nempe suspensionem designare, nec ueteres hebraeos illud ad suspensionem animi traxisse. Coincidit igitur תְּלָה per נ in significatione cum uerbo תְּלָה per ה. Et si qua est differentia, תְּלָה magis ad suspensionem distentis membris, seu ad crucifixionem respicere uidetur, quia explicatur per uerbum הוּקִיעַ quod est circumfigere, seu distentis membris suspendere. Nam Saul et

Iona-

Ionathan, quos Philistaei suspenderant, dicuntur **הַמְּקֻשָּׁם** membris distentis suspensi. Posito etiam, nullam esse differentiam, inter **תְּלָא** et **תְּלָה**, militat tamen pro me, quod etiam uerbum **תְּלָה** de ignominiosa suspensione, hominis malefici in ligno occurrat, utpote pistoris Aegyptii, Gen. XL. 19. 22. Deut. XXI. 22. 23. intersectorum Isbosethi 2. Sam. IV. 12. impientissimi Absalom in queru, 2. Sam. XVIII. 10. insidiatorum regis, Esth. II. 23. Hamanis cum decem filiis, Esth. VII. 9. 10. VIII. 7. IX. 13. 14. 25. Similiter de rege Ai, Ios. VIII. 29. ac vicinarum gentium quinque regibus, a losua suspensis Ios. X. 26. Quamvis uero nonnulli putent, a corporis suspendio transferri etiam ad suspensionem animi, dubito tamen, ullum e Codice sacro produci posse exemplum, ubi uerbum **תְּלָה** de animo dubio occurrat, nec haec significatio firmis rationibus ex usu biblico probari potest. Accedit quod uersio Septuaginta uiralls, eiusque additamentum, ἐπιχειρίμενος ἵν της κατοικίας αὐτῆς, non de suspensione animi, sed de suspensione corporis et quidem, in incolatu suo, seu fundo proprio loquatur. Quam alienum itaque a ueritate foret, si lego dicta Gal. III. 13. Ἐπικατάσθατος πᾶς ὁ κερμάμενος ἐπὶ Χύλῳ. Luc. XXIII. 39. Εἰς δὲ τῶν κερμασθέντων κακέγγων ὑβλας φίμεις αὐτὸν, Act. X. 39. ὃν ἀνὴλον κερμάσταντες ἐπὶ Χύλῳ, et per κερμάμενον intelligere uellem suspensum animi; tam dubium et incertum mihi uidetur, quod participium **תְּלָה** suspensus, ita accipi queat, ut tantummodo perplexum animo, minime autem suspensum in ligno, designet. Quem enim fugit, Iudeos **תְּלָי** proprio eum dicere, qui ob enormia flagitia, ignominiose suspensus est, magnamque animi amarulentiam prodere, si Iesum Nazarenum **אֶלְעָזָר** ονcant **יְחִינָן** et de Christianis dicunt **אֶלְעָזָר** **הַפְּלָאָם** hi colunt suspensum. Mearam nunc praecipue est partium, ut significatum uerbi **תְּלָא** firmis rationibus euincam. Fundamentum praebeat locus 2. Sam. XXI. 12. qui agit, de Saule et Ionathane **אֶשְׁדָּר פְּלָאָם** quos suspenderant Philistaei in moenibus Bethsanis, et labefactae e moenibus Bethsanis abstulerant, labefactaque pertulerant.

rant. Obili quidem posset, quod hoc loco non sit omissum, et ideo uerbum קָרַב pro radice haberi queat. Respondeo: punctorum ratio haec non permittit. Deinde etiam occurrit Keri et Ketibh, quod docet, legendum esse קְלִיָּאִים inferro non, quia puncta id postulant. Nam a uerbo קָרַב alia requiruntur, puncta, nempe קְלִיָּאִים quos suspenderunt. Quod alterum uero locum attinet, Deut. XXVIII. 66. contextus statim docet, de suspensis in cruce uel patibulo conspicuis Iudeis, sermonem esse, quos קָרַב coram, e regione, et ante se pendentes conspicerent Iudei, et ob quos, coram uisos suspensos, alii pauerent, per dies noctesque, et de propria desperarent uita. E consilio fontium, et accentuum, uersus sic uertendus est: *Cum autem uita tua (*) sic erit, ut tibi sint suspensi, e conspectu tuo (i. e. ut babeas et uideas quam plurimos suspensos populares) tunc tibi timendum erit nocte et die, nec confidere poteris uitiae tuae.* In hoc uersu, non potest esse sermo, de suspensis animi. Nam praedicatum קָרַב non permittit, ut subiecti loco ponam, suspensos animis, sed uult ut suspensos e regione conspicuos, cogitem. In hoc asserto sequor regulam logicam: Talia sunt subiecta, qualia permituntur esse a suis praedicatis, et vice uersa. Accedit et alia ratio, quod significatio propria, si locum habere queat, semper preferenda sit figuratae. Proprie uero vox קְלִיָּאִים significat suspensos corpore, et figurata significatio, est purum figmentum Iudeorum, qui eiusmodi ignominiosam suspendii poenam, pro nulla diuina comminatione hoc loco agnoscere uoluerunt. Addo tertiam rationem, quae ab effectu, in hoc

B

uersu

(*) Expositionem aliam, mihi Magnificus Dn. Praeses sumpeditauit, qui uocem קָרַב per uiuentes tuos, uertendum esse censet, ut sensus sit: et qui essent uiuentes tui, h. e. qui in commodum tuum uiuerent, illi suspensi sicut e conspectu tuo.

uersu indicato, desumpta est. Non sequitur, si video alium animo suspensum, ut ideo uitae meae timeam. Hoc autem sequitur, si meos populares, in magno numero crucifixos conspicio, ut tunc etiam per dies noctesque paueam, et extimescam, propriaque uitae meae securitati diffidam. Has rationes qui bene subducet, non alienus erit a sententia mea, quod nulli animis, sed corporibus suspensi, in loco nostro sint intelligendi. Quare nunq̄ progredior ad uocem:

§. VII.

לִמְשִׁיבָה *propter auersionem a me,*
 Quamvis nonnulli haec duo uocabula inter se confundantur, **פְּוִינְטִיאַם** et **מִשְׁׁוֹבֵחַ** *auersionem et apostasiam;* opus tamen est, ut perspecta h̄c confusione, genuinus ueriusque uocis significatus obseruetur. Vulgatus interpres, et qui eum sequuti sunt, per errorem **מִשְׁׁבָה** in bonam partem acceperunt, sed genuinam significationem non sunt assequuti. Quare contra eos obseruandum est, **מִשְׁׁבָה** semper significare auersionem et rebellionem, nec unquam in Scriptura S. sumi in bonam partem. Loca quae euincunt, quod **מִשְׁׁבָה** ex perpetuo scripturae usu notet auersionem a Deo ad malum, sunt sequentia: Ier. II. 19. Arguet te malitia tua, et auersio tua **מִשְׁׁבָה** increpabit te. Ier. III. 22. V. 6. VIII. 5. XIV. 7. Hos. XIV. 5. Circa particulam **לִמְשִׁיבָה** obseruo, inter plura quae obtinet significata, saepius denotare *propter*, ut ita sermo sit de causa suspendit, ob quam Iudaei suspendantur. Nempe ob auersionem seu apostasiam a uero Messia, ab eius cultu et adoratione. Nemo autem miretur, quod suffixum **לִ** objective et passive accipiā, de auersione quam Christus dicit contra se institui. Nam nulla Messiae sanctissimo conuenit ignominiosa auersio. Ipsi Rabbini etiam concedunt, semper in partem detiorem pro auersione a Deo sumi. Aben Ezra sic scribit: **מִשְׁׁבָה**

מִשְׁבֵּח לְעִירִים **לַגְּנָפָן** Vocabulum **מִשְׁבֵּח** perpetuo ignominiose accipitur, i. e. non conuersionem in bonum, sed auersionem in malum significat. cf. Buxtorfi Lexicon, et Robertsonii Thesaurus Linguae Sanctae p. 1130. Vnde sequitur, **לְמִשְׁבֵּח** non uerti posse, propter auersionem meam, ut Deo subiectue et actiue tribuatur. Sed suffixum **וְ** obiectiue et passiue sumendum esse, propter auersionem a me. In hac expositione nostra, de suspendendis ob apostasiam a Messia Iudeis, non video, quid a me iure desiderari possit, cum genuinus uoci **לְמִשְׁבֵּח** sensus relinquatur. Quare pertractato priori hemistichio, posterioris sensum assequi et iam allaborabo.

§. VIII.

וְאֶל־עַל *tamen ad eum (Iesum crucifixum) ob quem (suspenduntur)*

Quod haec uerba attinet, paticula **וְ** recte transferenda est per *tamen*. Est enim oppositio inter auersionem a Messia et inter adorationem ac unionem cum Christo. Auersi a Messia populi officium esset, ut tandem, suspensi et crucifixi, tamen se ad eum uerterent, ob cuius abnegationem suspensi et crucifixi sunt. Sed hoc officium non omnes intelligent, ut Christum inuocantes, sese erigant, et per crucem ad eum ascendant. Vulgatus interpres particulam **אֶל** quae ob sequens Macceph habet Saegol, plane omisit, eumque sequitus est ipse LVTHERV. Ne autem a textu aberremus, hanc particulam eiusque significationem non negligamus. Rectissime uero per *ad* redditur, quae primaria est significatio, et hic a nobis tuto retinetur. Haec praepositio *ad* requirit nomen relativum personae, ad quam se erigit populus Iudaicus. Loco substantiui uero sequitur uox **עַל** propter per accentum distinctiuum Paschtam a sequenti uoce **וְקֹרְאֶה** quem inuocarent, distincta quidem, sed non separata. Vbi minime diffiteor, per utramque uocem **וְקֹרְאֶה**, et **עַל** unam eandemque Messiae personam designari, ad

quem auersus populus Iudaicus se uniuersim conuertere debuisset. Quamuis igitur haec sit elliptica locutio **וְאֵל** et ad ob; non inconcinnne tamen orationis defectus, ex ipsis uisceribus Textus suppleri potest sequentem in modum: tamen totus populus non se eriget, ad (eum,) ob quem fiunt suspensi. Nam persona ad quam omnis Israel conuerti debuisset, ob quam, iure talionis, crudelem suspensi poenam subabant, nulla potest esse alia, quam Iesus crucifixus, uerus **Θεονθεότος**, qui subsequenti uoce, per appositionem exegeticam, ut adorandus Dominus sistitur **וְאֵל** quem inuocarent. Quaerenti igitur, utrum **וְאֵל** pro particula, an pro nomine habeam? respondeo: particula **וְאֵל** quamuis sit ipsa praepositio causalis, que alias per propter, ob, uertitur, hoc loco tamen personam Messiae significat quia elliptice, et propter accentuationem emphaticam, causam exprimit, ob quam Iudei fiunt suspensi, nempe quia ipsum Messiam cruci affixerant. Ob hanc causam, et ob hunc crucifixum, iterum a Romanis, uolente Tito Vespasiano, suspendebantur. Huius asserti ratio, cur praepositionem causalem **וְאֵל** ad personam Christi referam, haec est: Praecedens praepositio **וְאֵל** ad requirit nomen quod regat, seu personam ad quam respiciat. Nullum aliud autem nomen substitui potest, quam illius, ad quem omnis Israel auersus, se erigat, quem adoret, et per quem se in coelos extollat. Alii quidem interpres uocem **וְאֵל** pro nomine Dei habent, et per excelsum et altissimum transferunt. Prouocant etiam ad nonnulla loca, in quibus **וְאֵל** sit adiectivum, atque idem significet quod **עַלְיוֹן** 2 Sam. XXIII. 1. Eccl. VIII. 2. Hos. VII. 16. Sed si loca, quae pro adstruenda hac opinione allata sunt, accurati exanimantur, in omnibus eadem explicatio locum iuuenit, per quam **וְאֵל** pro particula accipi potest. Septuaginta uiralis uersio, eamque sequutus Vulgatus, loco **וְאֵל** legunt et substituunt **וְאֵל**. Haec

Haec lectio supina est negligentia, per quam יְלֹעַ cum יְלֹעַ confunditur, et uitio nobis uerti posset, si ueritatem hebraicam sequi nollemus. Vox iugis male assumta est, et per uoces male translatas scriptura obscuratur.

§. IX.

In accurata significationis uerborum peruestigatione, ordo
nunc nos deducit ad hoc.

וַיִּקְרָא quem inuocarent
in cuius explicatione non nihil ab aliis discedimus. Quod
grammaticalia quidem attinet, facile conueniemus, esse ter-
tiam pluralis futuri in Kal וַיִּקְרָא et affixum גָּן. Alia au-
tem est quaestio, utrum in significatione inuocandi, an
praedicandi vox קָרָא h. l. occurrat? Mea sententia haec
est: occursit in significatione inuocandi. Pro ea confir-
mada, urgeo praecipue locum ex Ps. CXLV. 18. קָרְבָּן
וְהַזֵּה לְכָל־קָרָאוֹ לְכָל אֲשֶׁר וַיִּקְרָא בְּאָמֶת
Prope est Dominus omnibus inuocantibus eum: omnibus inuocantibus
eum in ueritate. Nam in hoc uersu eadem forma cum eo-
dem affixo occursit, et in aprico est, uerbum קָרָא uenire
in inuocandi significatione. Subortum etiam mihi est dubium,
si praedicandi significatio locum inueniret, annon di-
cendum fuisset לוֹ קָרָא ad similitudinem loci, Hos. XI. 2.
קָרְבָּן ut קָרְבָּן cum לְ constructum significet, alicui
praedicare. Obici quidem posset: קָרָא de inuocatione
Domini, a suspensis Israelitis facienda, intelligi nequit, nam
suspensi a Tito Iudaei, Iesum Nazarenum nec inuocarunt,
nec adorarunt, ideo nec Hoseae locus sic accipi potest. Re-
spondeo: Prophetae saepius de debitis loquuntur officiis,
quaes de iure fieri deberent, quamvis de facto negligantur
et omittantur. Haec etiam est ratio, cur וַיִּקְרָא uertitur,
quem inuocare deberent. Ut ita sermo prophetae sit, non
de eo quod futurum sit, sed de eo quod fieri deberet.

Proinde Philologi iam dudum obseruarunt, modum illum potentialem, quo facere, pro debere facere, exponentum est, per futurum exprimi, ut patet, ex praceptis Decalogi, in quibus, non occides, dicit non debes occidere, non moechaberis, non debes moechari, non furaberis, non debes furari. Et hoc in omnibus prophetis Dei mandatoriis obseruandum est, quibus Iudei, nullas quidem praebuerunt aures, interim mandatum Dei, quod fieri debuisset, candide indicauit, quamvis Iudei Spiritui S. restiterint, nec illud perfecerint. Tandem etiam idem euentus, qui sub passione Christi euénit, ubi maledicente uno latrone, alter Christianum inuocauit, et saluatus fuit, locum etiam inuenire potuit, in crucifixis sub excidio urbis Hierosolymitanae. Posito non omnes suspensos, ad exemplum fratrum Iosephi, commissa peccata, per quae talia promeriti sunt, ad animum reuocasse, in multis tamen suboriri potuit cogitatio, haec patimur ob auersionem a Deo nostro, ob apostoliam a uero Messia, ob crucifixionem Iesu Nazareni, ob persecutionem Christianorum, ob contemptum prophetarum, qui nobis haec omnia praedixerunt. Candide iam indicaui, cur קָרְבָּן inuocatione Dei accipio, quare mihi etiam integrum erit, si exponam dubia, quae circa alteram explicationem, de praemonio prophetarum ad suspensos, mihi restant. Qui fingunt, inuitationem suspensorum ad Deum per prophetas faciendam, illi destituuntur textu, et alienum a ueritate afferunt. In textu nominatiuus expressus חַלְאָנִים occurrit, ut ad hoc uerbum יְקַרְבָּהּ referri queat. Qui uero nouos sibi imaginantur prophetas, qui suspensos monuissent Iudeos, ut Iesum crucifixum adorarent, illi alienum a textu et veritate historica afferere uidentur. Sequenti etiam exinde adnotacioni suffragari nequeo, quam b. M. Laurentius Müllerus, sub Theophili Alethaei nomine, Tom. II. dilucidationum V. et N. Testamendi, p. 252. adscriptis: „Man ruffet es zwar zu dem, das droben“

„ben ist, aber keiner erhebet sich dahin. Est in fonte יִקְרָא הַנּוֹן vocabunt seu, vocant, prout futura in hebraica lingua singulari idiotismo pro praesenti perquam saepe usurpanatur. Destituitur nominatiuo expresso, qui supplendus ita est יִקְרָא הַנּוֹן uocantes, uel germanice per man, uti in explicatione huius loci nos fecimus: man ruffet. Exempla huius idiotismi suppeditat B. Sal. Glassius l. c. p. m. 815. „ Non fuit e consilio Dei, crucifigendis Iudeis, si suspensi essent, nouos mittere prophetas, sed sufficiebat, quod Hoseas haec in excidendum populum Iudaicum uacinatus erat. Quem uero in finem crux tam horrenda et atrox Iudeis fuit imposita, sequens textus nos docet. Finis a Deo intentus fuit, ut uniuersalis Iudeorum conuersio ad Christum, tam horrendo suspensorum spectaculo, promoueretur. Sed hic finis intentus, non fuit obtentus, quia ad ueram conuersiōnē uoluntarius consensus requiritur, nec ulli inuito, irresistibilis gratia obtruditur. De hac ueritate, nunc seorsim exponenda sunt uerba יְהִי רָוֶם, uniuersim se non extolleat.

§. X.

Quod uocem

רְבָרָבָר una, pariter, simul, coniunctim, attinet, duo obseruamus. Primo esse particulam, a radice יְהִי uniuit, deriuandam. Adhibetur itaque particula יְהִי de unione et coniunctione unanimi, cum multi se uniunt, consociant, et apparent, uelut unus quispiam. Deinde obseruetur, plurimos quidem interpres illam particulam in uersione uel neglexisse, uel minus accurate, per nullum transtulisse. Sed neutrum concedi potest. In nostro enim loco, de uniuerso populo Iudaico, qui visurus esset תְּלִיאִים suspensos, ob questionem a Christo, negatur uniuersalis conuersio, quod non coniunctim ad adorandum Iesum se erigat et extollat. Propterea tamen non dici potest, nullum

ex

ex suspensis adorandum Iesum inuocasse, nullum etiam ex uniuerso uicto et captiuo populo se ad Christum conuertisse. Vniuersalis conuersio tantummodo negatur, si dicitur

תְּדַבֵּר לֹא יָרוּצָם coniunctum se non extolleret.

huiusmodi est deinde la. §. XI.

Quod ultima uersus nostri uerba concernit
תְּדַבֵּר לֹא יָרוּצָם se non extolleret

haec uerba prae reliquis magna sunt perspicuitate. Nengandi enim significatio uocis נֶן non, neminem fugit. Et haec etiam extra contiouersiam est posita. Quod ad uerbum יָרוּצָם attinet, habendum est pro tertia futuri in coniugatione Piel, nec cum forma Pual יָרוּצָם confundi debet, prout in Vulgata versione factum est. Coniugationis Piel autem proprium est actioni, sive immanenti, sive transistitiae, quam uerbum in prima Coniugatione significat, aut intensionis, ac studii, aut frequentationis addere notionem. Saepe ramen etiam significationem cum coniugatione Hiphil communem obtinet. Hic significatio, coniugationi Piel propria, locum inuenit. Ac, quoniam uerbum רֹום in prima coniugatione significat altum esse, uel se erigere, et efferre, ut Deut. VIII. 14. לְבָכָר רֹום et efferat se animus tuus; argue XVII. 20. לְבָרְתוֹ Ne efferrat se eius cor; in coniugatione Piel, notat erigere se serio atque studiose. Debitum totius populi Christi officium esset, Iesum exaltatum et crucifixum, respicere ut serpentem aeneum suspensum, et recordari uerborum Christi ad Nicodemum: Καθὼς Μωσῆς ὥντως τὸν ὄφιν ἐν τῇ εἰρήνᾳ ἔτως ὑψώθηνται δέ τὸν οὐρανὸν τῷ αὐθεόπε. Ἰνα πᾶς ὁ πιστεύων εἰς αὐτὸν, μὴ ἀπολανταί, ἀλλ' ἐχεὶ χάριν αἰώνιου. Et sicut Moses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis: Ut omnis qui credit in ipso, non pereat, sed habeat uitam aeternam. Ioh. III. 14. 15. Sed permanent obdutati in sua auerstione, a Christo, nec ad illum se erigunt et extollunt, ut per fidem in eum, aeternam salutem consequantur.

SECTIO

S E C T I O N . II.

§. XII.

Duplex scripturae interpretatio est necessaria, una quae uerba spectat, altera quae res explicat. De prima solliciti fuimus, de altera nunc agendum, ut res ipsa consideretur, quae nostro uersu comprehensa est. Praecipuus labor noster in eo uersabitur, ut doceamus, eadem quae Messias per Hoseam, de crucifigendis nec tamen conuertendis Iudeis praedixit, etiam eueniisse, tempore ultimi obfidii Hierosolymitanorum, quo singulis diebus quingenti Iudei, nonnunquam etiam plures crucifixi sunt. Occurrit haec ueritas historica in Iosepho, de bello Iudaico, Lib. V. Cap. XI. ubi circumstantiae historicae, talia ueritatis criteria continent, ut haec historia, sub nullam dubitationem cadat. Scribit enim Iosephus, Titum partem equitatus misisse, ut per uales insidios tenderent exeuntibus, ad cibum comporrandum. Exeuntium uero, magnus fuit, numerus. Nonnulli exibant, bellicosis rapinis haud contenti. Maiori uero ex parte erant pauperes, plebeii, quos metus de necessariis suis a transfugio deterrebat. Audaciores autem faciebat ad exeundum quam plurimos fames. Qui occulto egressi, et a Romanis capti, omnes crucifixi sunt.

§. XIII.

De horum executione, ipsa Iosephi uerba addam:

Δαμβανόμενοι δὲ κατ' αὐγύνην Deprehensi autem ex necessitate re-
ημένοντο δέει τῆς κολάσεως, pugnabant metu supplicii, et post
καὶ μετὰ μάχην ιπτεύειν ἀω- pugnam supplicare, intempestiuum
ρεον ἐδοκει. μάτιγμένοι δὴ καὶ uidebatur. itaque uerberati, et ante mortem modis omnibus excru-
προβατανόμενοι τῇ θανάτῳ ciati, pro moenibus suffigebantur
πάσσαν αἰκίαν, ανεῖσαν εὔπο- crucibus. Et Tito quidem mis-
τῇ τείχες εντιηρῶ. Τίτῳ
μὲν δὲ σιντέρον τὸ πάθος κα-
τεφύγετο, πεντακοσιαὶ εἴκα-
σις ἡμέρας, ἕπει δὲ ὅτε καὶ
τελεσθεντες.

C

πλευ.

πλειόνων ἀλισκοιωένων. ὅτε δὲ τάς βία λυφθίντας αὐτοῖς ἀσ-
Φαλές, καὶ Φυλάττεν τοσγύρης
Φρεράν τῶν Φυλαξάντων ἴώδη.
τὸ γε μὴν πλέον ἐκ ἑκάλευς, τέ-
χα δ' ἀν ἐνθένα πρὸς τὴν ὥψιν
ἰλπίσας αὐτὸς, εἰ μὴ παρα-
δοῖεν ὅμοια πειρομένως. προσή-
λυν δ' οἱ σεραπῖοτα δι' ὄργην καὶ
μῆτος τὰς ἀλόντας, ἀλλοι ἀλλω
σχῆματι πρὸς χλεύην, καὶ διὰ
τὸ πλῆθος χώρα τε ἐνελείπετο
τοῖς σαυροῖς, καὶ σαυροὶ τοῖς σώ-
μασιν.

Οἱ σασταῖαι δὲ τοσγύρων ἀπε-
δίησαν τὰς μεταβαλίσθας πρὸς
τὸ πάθος, ὡς τε καὶ τέναντιον αγ-
τοῖς σοφίσασθας πρὸς τὸ λοι-
πὸν πλῆθος συρροῦτες γάρ τὰς
τῶν αὐτομόλων οἰκείας, ἐπὶ τὸ
τείχος καὶ τῶν δημοτῶν τὰς ἐπὶ^{τίτιν} ὁρμημένως, οἷα πατσχά-
σιν οἱ Ρωμαῖοι προσθεύοντες
ἐπεδίκυνταν, καὶ τὰς οἰκρατη-
μένας ικέτας ἔλεγον ἐκ αἰχμα-
λώτης. τῷτο πολλὰς τῶν ὀντο-
μολέη ὁρμημένων, μέχει τῷηγ-
θεῖ ἐγγνωσθη, κατέσχει ἕστω.
ἄντοι δὲ καὶ παραχρῆμα, διεδρα-
σταν, ἀ· ἐπὶ Βέβαιον τιμωρίαν,
εἰσάπαυσιν, ἡγεμόνου τὸν ἐκ τῶν
πολεμίων Θάνατον ἐν λιμῷ συγ-
κέρδει, πολλὰς δὲ καὶ χειροκο-
πῆται κελεύσας Τίτος τῶν ἱσ-
λωκότων, ὡς μὴ δοκοῖεν αὐτό-
μολοι καὶ πιεύοντο διὰ τὴν

tere tutum erat, tantamque ad-
seruare multitudinem custodum ui-
debat esse custodiam; maxime ue-
ro eos crucifigi non prohibebat,
ut qui sperari ipsos ad conspe-
ctum illorum forsitan ditionem
facere, quasi similia pasturos, ni-
si se dederent. Milites autem ex
ira aut odio cruci affigebant captos,
modis quidem diuersis ludibrii cau-
fa: et propter multitudinem, spa-
tium crucibus deerat, et corpori-
bus cruceis.

Tantum uero aberat, ut sedicio-
fi ad calamitatem istam animos mu-
tarent, ut contrarium plane ad re-
liquam multitudinem simularent.
Transfugorum enim necessariis ad
muros pertractis, illisque et popula-
ribus, qui ad Romanorum fidem
fugere properarint, qualia pateren-
tur ii, qui ad Romanos confuge-
rent offendunt; et qui comprehen-
si tenetabant non captiuos esse, sed
suplices, dicebant. Hoc multis
transfugere cupientium, donec ue-
rum cognosceretur, intra muros con-
tinebat. nonnulli autem statim di-
scurrerunt, quasi ad uerum suppli-
cium: mortem ab hostibus illatain,
si cum fame conseratur, requiem
esse ducentes. Cumque multis ca-
ptiuorum manus amputari iussisset,
ut transfugae minime uiderentur,
crederenturque propter calamita-
tem, eos ad Iohannem et Simo-
nem remisit, saltē nunc a uecor-

συμ-

συμφοράν, είσπειψε, πρὸς τὸν
Ιωάννην καὶ τὸν Σίμωνα, νῦν γε
ἡδὲ παύσασθαι παρουσιῶν, καὶ
μὴ πρὸς αὐτοὺς τῆς πόλεως αὐ-
τὸν θιάζοσθαι, κερδῆσαι δὲ ἐν
τῇ ἐν ὑστάτοις μεταμελείᾳ τὰς
τοῦ ἀυτῶν ψυχὰς, καὶ τηλικαύ-
την πατρίδα, καὶ ναὸν ἀκοινώνη-
τον ἄλλοις.

dia desinerent admonens, neue i-
psum ad urbis excidium compelle-
rent, animisque tandem mutatis lu-
craentur, et propriam uitam, et
patriam tantam, et templum, quo-
cum nullum aliud conteendi po-
test.

§. XIV.

Si quid dignum est stupore omnium gentium et aeratum,
profecto haec enarrata, nationis Iudaicae crucifixio, no-
stram omnium attentionem meretur. Cur natio Deo quon-
dam sacra, in Mosis, et omnium Prophetarum disciplinam
tradita, ab ipso Messia ad cognitionem ueritatis manudu-
cta, sic uindicem Dei manum experta est, in facie totius
orbis? nonne ob piaculum in Christo crucifixo commis-
sum? Et tamen adhuc coecutire potest, in tanta prophe-
tarum et euangelii luce. Quis non dicat et confiteatur,
Iudeos ex populo Dei, factos esse populum auersum et
reiectaneum, et quidem a tempore spreti et crucifixi Mel-
ssiae? Hoc enim excidium, templi, urbis, ac reipublicae,
et praeципue in Hosea praedicta, et a Iosepho prolixe enar-
rata crucifixio Iudeorum, satis superque demonstrant.

§. XV.

Ad eo maiorem autem animis nostris ingerendam fidem,
appime erit utile, ut per realem pertractionem, cru-
cifixionis Iudeorum praedictae, certam tradamus rei cogni-
tionem. Verba enim, sine certa rei cognitione, sunt tantum
tenuia signa variarum rerum, late diffusarum, nisi in unum
uerum subiectum, de quo sermo est, colligantur. Vocabu-
la igitur nequaquam recte intelligentur, nisi res, de qua ser-
mo est, sufficienter fuerit cognita. Sic in nostro textu, nemo
determinauerit, quaenam ex variis uocum significationibus
sit eligenda, qui subiectum et praedicatum ignorauerit. Sub-
C 2 iectum

iectum de quo sermo est, sunt Iudei, et quidem ob auersi-
onem a Messia suspendendi. Hoc tam apertum est, ut nihil
clarus distinctiusque proponi queat. Quem enim fugit,
Messiam expectandum fuisse, ex natione Iudaica? Messias
fuit rex Israelis, quem statim ab initio, sub aurora uitae, per
infanticidium Bethlehemiticum, tollere cupiebat Herodes.
Hof. X. 15. Quamuis autem Israel, tam puerilis et insipiens
esset, Deus tamen recens natum Iudeorum Messiam, sic di-
lexit, ut illum ex Aegypto incolumperet, et pro filio suo agno-
scendum vocaret. Hof. XI. 1. De illo itaque populo sermo
est, cui filius Dei ex Aegypto uocatus, cum suis Apostolis,
Euangelium praedicauit, a quorum uero faciebus auersi,
in uanitatibus cordis sui ambularunt: u. 2. De huius populi in-
obedientia, apud Hoseam, Messias sequentem in modum
conqueritur: u. 3. *Quamuis egomet ipse, meani pedum affue-
factionem Epbraimo ostendam, suscipiens eos sub brachiis su-
is, non tamen agnoscunt, quod ego eos sum sanaturus.* u. 4. *Si
funiculis humanis eos trabam, si uinculis amoris, tamen ergo
eis, ut imponentes iugum, super maxillas eorum, quomodo eis
porrigam cibum?* u. 5. *dum non reuerti poterit, ad terram
Aegypti, Assur tamen sit rex eius, eum in finem, ut recu-
sent se convertere.* u. 6. Ideo irruit gladius in eorum urbes et
confundit solitarios eius, et devorat, ob consilia eorum. Et
hanc querelam statim excipit uersus noster. *Quamuis po-
pulus meus fiant suspensi propter auersionem a me, tamen ad
eum (Iesum crucifixum) ob quem (suspenduntur) quem in-
nocare deberent, uniuersim se non erigent.*

§. XVI.

Ex his attributis, quae subiectum satis certum constituant,
et accurateque desinunt, colligo: Populus, de quo sermo
est, est natio Iudaica, et quidem post aduentum Messiae, in
sua inobedientia, qua renuebant conuersationem ad Christia-
nismum, considerata, tam in suis peccatis, quam in suis poe-
nis. Peccatum eorum, quam grauissimum, est auersio a Chri-
sto, et quod poenitentiam agere nolunt, u. 3. 5. 7. Poena est
DON-

non solum fames, et excidium urbium, sed etiam crucifixio.
Et sic subiectum ex contextu diligenter explicarum, accura-
teque definitum est, quod sit natio Iudaica.

§. XVII.

Progradimur nunc etiam ad praedicatum propositionis, in
nostro uersu contentae. Istud uero alterum enunciatio-
nis extremum, in uerbo מִלְאָכָה expressum est. Hoc prae-
dicatum non metaphorice, de suspensione animi, sed proprie-
de crucifixione Iudeorum, accipiendum est. Hic rursus
analogiam rei diligenter obseruare, iuvat. Sermo est de
poenis, Iudeis a Messia auersis, sub ultimo Iudeorum ex-
cidio infligendis. Expressa fit mentio gladii, urbes deua-
stantis, consumentis, et deuorantis, ob Iudeorum consilia.
Ad hoc excidium omnino etiam pertinet, crucifixio Iudeae-
orum, sub excidio Hierosolymitano. Hoc praedicato enim
indicatur aliiquid, quod rationem poenae habeat, per quam
afflicti ad adorandum Iesum, in quem piaculum commis-
rant, adigantur; torus autem populus, hoc spectaculum poe-
nae animaduertens, ad uniuersalem conuerzionem prouoce-
tur. Hoc effici non potuisset nuda suspensione animi. Cru-
cifixio autem Iudeorum, eiusmodi effectum praestare po-
tuisset, si tota natio Iudaica, post excidium Hierosolymita-
num, ad singulares de hoc excidio circumstantias, et ad e-
iusmodi prophetias attendere uoluisset.

§. XVIII.

Postquam res, subiecto et praedicato designata, diligenter
euoluta est, nexus totius uersus, seu totius propositionis
considerandus est. Ostendit Saluator, quae mentis auersae
obduratio fecitura sit in Iudeis, a vero Messia deficienti-
bus. Quamuis crudelissimo suspendii suppicio tradantur,
ob commissum in Iesu crucifixo piaculum, quamvis nonnuli
ex crucifixis, Iesum inuocent et adorent, hoc tamen ge-
neralem et uniuersalem nationis Iudaicæ conuerzionem, pro-
moue-

mouere non posse. Coherentia textus, nobis contemplandam sicut: 1) poenae Iudeorum qualitatem, 2) emendationis intentae defectum. Quod poenae qualitatem attinet, illi qui subditi forent Messiae, fiunt גָּלְאִים ob commissam culpam, quod se a Messia auerterunt. Qualitas huius poenae pristinam mentis indolem, ubi Christum odio persequenti sunt, immutare debuisset, ut agnoscerent poenam talionis, et quod sanguis Iesu crucifixi ab ipsorum manibus postularetur. Adorandum uero Messiam, uniuersali confessione, adhuc sub excidio urbis debuissent complecti. Sed contrarium euenit. Nolunt credere, fidem in Iesum Nazarenū esse rem ad salutem necessariam, ut ex toto corde et animo ad Christum conuertantur, et fruitionem sacrificii sui pro nobis oblati, desiderent. Quodsi uero nec vox Christi et prophetarum, nec crux et patibulum tunc temporis Iudeorum in credulitati occurrere et mederi potuit, coecitatem similem, potius futuro tempore, quam uniuersalem Iudæorum ad Christum conuersionem expectandam esse, ex hoc dicto firmiter concludimus.

S. D. G.



ad 14.

22 14.

22

01 A 6501



86

R

DISSERTATIO PHILOLOGICA

DE

I V D A E I S

יְהוָה יְהוָה יְהוָה

OB IESVM CRVCIFIXVM
CRVCIFIGENDIS
NEC TAMEN AD EVM CONVERTENDIS

AD ILLVSTRANDVM LOCVM HOS. XI. 7.

QVAM
PRAESENTEDN. CAROLO GOTTLLOB
SPERBACHIOLINGVARVM ORIENTALIVM IN ACADEMIA
VITEMBERGENSI PROFESSORE PUBLICO
LONGE CELEBERRIMODOMINO PRAECEPTORE PATRONO
AC STVDIORVM SVORVM PROMOTORE
OMNI PIETATIS ATQVE OBSERVANTIAE CVLTV
AD CINERES VSQVE PROSEQVENDO

IN AVDITORIO MAIORI

D. VIII. MART. A. R. S. MDCCXXXVII
PUBLICO ERVDITORVM EXAMINI SVBMITTET
AVCTOR RESPONDENS

M. FRIDER. ERNESTVS BAVER

FRIESDORFIO - MANSFELDENSI.

VITEMBERGAE

PRELO EPHRAIM GOTTLLOB EICHSFELDI

ACADEMIAE A TYPIS.

3
31